Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift



·1· 18

Qcqd enim bonum est & unum aliquod est sicut natura corporum & ingenia animarum. & aliqua species formarum sicut sunt figure & quantitates corporum ac doctrinae & artes animarum. & ordine aliquem petunt aut tenent sicut sunt pondera & collocationes corporum. atque amores aut delectationes animarum. Haec tria ut magna sint magnae naturae sint. ut parua paruae naturae. ut nulla sint. nulla natura est. Malum quippe id est corruptio & modus & species & ordinis naturalis. si omnem modum speciem ordinemque auferat. nulla remanebit natura. ac propter hoc quod corrumpi potest. tunc ipsa aliquod bonum est. Non enim ei nocere potest corruptio. nisi adimendo & minuendo bonum. Rationabili ut naturae hoc praestitit deus. ut si noluit corrumpi non possit. id est si obedientiam seruet sub domino suo. Quam si obseruare noluerit. quam uolentes corrumpunt in peccatis. nolentes corrumpunt in penis. nemini quippe dum deserentur. bene est. & qua uolentes noluerit subdi dei praecepto. nolentes subiciunt ei per penam. Peccantes quidem insupplicii ordinantur. quae ordinatio quia ex natura non contingit. ideo pena est. si quia culpae contingit. ideo iustitia est. Si ea quae caeli ambitu continentur uellent non esse sub caelo. nulla terra possent nisi sub caelo esse. nec fugere caelum nisi appropinquando caelo. Nam unde & quo & ire. sub caelo esse. & quanto magis a quibus caeli parte elongarentur. tanto magis oppositae partis propinquarent. Sta quam uis homo & angelus malo diuine uoluntati & ordinationi subiacere noluerit. non tamen eas fugere ualet. quia si uult fugere de sub uoluntate iubentis. currit sub uoluntate punientis. & si quaeris quo transit. non nisi sub uoluntate permittentis. & hoc ipsum quod per se uult aut agit. in unum status ordinem & pulchritudinem deuenit. & sic in loquendo decentem interponimus